

G inquit. q nullus intellectus capit, ut idem gignat seipsum, ut sit. Hoc autem deducitur, quia si substantia separata, sunt principia entis in sua maxima communitate, cum sub tali ambitu sint per uos substantia separata, quia sunt partes istius entis. igitur erunt principia sumet. Et ideo dicimus nos iuxta uiam eius in. 7. Meta. q substantium scientia Meta. est ens ex anima. quod est diuisum in decem predicamenta, & quod diuiditur per potentia, & actum, & per unum, & multa. unde iuxta huiusmodi tres diuisiones diuiditur in scientia Diuina in tres partes, ut docet pulchre Auer. in prologo suo super. 7. Meta. q istud est ens causatum, & istius entis substantia separata, sunt principia secundum formam, & finem, & secundum efficiens quoquo modo, & non sunt talis entis partes substantia, sed bene sunt partes entis in sua communitate analogia, secundum Auer. aut uniuocationis secundum Sco. Et hoc nullus sanæ mentis negare potest nisi proteruendo contra ueritatem. Dico tunc, q ratio Comē. super hoc est duplex. Prima est, quia substantia separata, sunt principales partes substantia, modo declarato, sumendo substantium ens, in quantum ens, in sua maxima communitate analogia, non autem ens, quod est substantia in. 7. 8. & 9. & 10. Meta. quia illud est ens causatum. unde ista q uniuocatio, & multiplicitas multos decipit in illa arte. nam scientia illa, ut dicit Comē. in pœmo. 7. & in cō. 1. 1. 2. Meta. diuiditur in duas partes: una considerat de substantiis inseparabilibus à materia, & alia considerat de substantiis abstractis à materia, & ideo aliquid est ens. cuius substantia separata, sunt partes, & aliud cuius substantia separata, sunt principia secundum rem, aut saltem secundum rationē. alia autē ratio est ex parte mediū, quia uidelicet. non habet scientia Diuina medium. Et animaduerte q cōsequenter loquēdo in uia Auer. iuxta prædictā solutionē subtiliter dicere possumus, q in illa parte, in qua scientia Diuina considerat de abstractis substantiis, ipse substantia abstracta sunt illius partis uerū substantium, sed totius partis præcedentis est in ens, in quantum ens, nō in sua maxima transcendētia, quia sic est pure æquiuocū, ut sic dicatur de affirmatione, & negatione, & de ente in anima, & de ente extra animam, sed ut ens sumitur pro ente extra animam, quod per se diuiditur in. 1. o. prædicta cœmentia, quia clarum est, q Aristō. in fine. 6. Meta. abiicit à sua cōsideratione ens per accidēs, & ens in anima, ut patet. unde nunquam memini Auer. dicere substantias abstractas esse specie substantia Meta. sed dicit q sunt substantia scientia Diuina. Vnde subtilis Doctor in. q. de substantia Meta. sic ait tribuit Auer. & ita dicit Ant. And. & sine præiudicio melioris sententię posset hoc probabiliter sustineri. Q. uod si dicitur, quia tunc scientia Diuina non esset scientia una, quia non habet unum substantia, modo per Phi. 1. Postter. scientia una est unius generis substantia. Ad hoc respōdet per autoritatem Phi. & Comē. in. 4. Meta. cō. 2. ubi dicit. res enim que habent unā scientiam non tantū sunt, quarū substantia est unum genere, aut specie dictum uniuoce, sed quarū, esse attribuitur uni fini, aut uni agenti, aut uni substantia, ita q ex uariis causis unitas scientia uenari potest. unde dicere possumus, q quia totalis scientia, quæ in Meta. traditur, tamē dicit nos ad cognitionem primæ formæ, & primi finis, ad quæ in cognitione ultimata potest intellectus deuenire sic scientia illa una est, ut inquit Auer. ex mente Alexander. super prologo. 1. 2. Meta. tamen primus modus dicēdi magis cōmunis est, & illum teneo, sed secundum appōsi ad excitandum intellectū. Reuertatur igitur ad propositum, q secundum da ratio cui innititur Auer. in. 1. 2. Meta. cō. 5. est quia nullū medium aliud efficacæ ad probandum esse abstractorū est, nisi uia motus, & omnes rationes Auer. ad probandum in scientia Diuina esse abstractorū non præterseunt ordinem sermonum probabilium, ut dicit Comē. 1. Phi. cō. ult. & in. 2. Phi. com. 2. 2. Et in libro Destructio destructionum. in disput. 4. in solone. 5. dubii. unde si qua ratio adducitur in scientia Diuina super hoc tota uis illius cōsistit super medio naturalī, sicut patet in. 2. Primæ phiæ. in tex. com. 6. ubi Arist. demonstrat, q in genere causæ efficiens nō est processus in infinitum, ubi totam illam rationem pertrahat de motu,

ut patet innotenti, ubi Comē. ponit pulchrum documentū ubi cō. 6. dicens, & consideratio uniuersalis in omnibus causis in eo quod fuit causæ est huius scientia. Et Arist. quia uis utatur hic demonstrationibus scientia naturalis, tamen inducit eas uniuersaliter, quoniam quanto fuerit demonstratio uniuersalior, tanto magis erit proprius huius scientia, & Aristō. obseruat se in hac intentione. s. in inducēdo demonstrationes uniuersales. alio modo quā in scientia naturalī. Et hæc est causa in iteratione illarū demonstrationū in hac scientia. Et ex illo loco patet solutio cōtra temerarios, qui dicunt Arist. fuisse malum metaphisicū, quia maxima pars Meta. conflat ex rationalibus naturalibus. Non enim uidēt differentia inter illas rationes, ut adducuntur in scientia naturalī, & ut adducuntur in scientia Diuina. De principiis autem substantia, ubi illa principia fuerint latentia, & occulta, & scientia illa habet medium notius, possunt per illud in illa scientia demonstrari demonstratione signi, sicut prima materia, & primus motor quæ sunt principia corporis mobilis quod est substantia in scientia naturalī, nam per transmutationem substantialem, demonstratur esse primi materię, & per motum localem demonstratur esse primi motoris. Si autem illa principia sunt occulta, & habet alia principia priora, & notiora: tunc per illa poterunt demonstrari demonstratione propter quod in scientia superiori continente substantia illius scientia, sicut est scientia subalternans cū substantia alternata, & ista est doctrina Auer. in. 2. Physicæ aufcultā. in cō. 22. ubi inquit. cū autē causæ substantia artis haberent causas priores, tunc demonstratio illarū causarum erit per demonstrationem simpliciter in arte continente illam artem. Et erit etiam per signum in illa arte, & hoc totum erit quod causæ substantia artis laterint. Sed dices. ppter quod principia substantia possunt demonstrari, non autem substantia. Ad hoc respondetur. propter quod substantia est substantia, & principia sunt principia, est enim de ratione substantia quod substantia, & concedatur in scientia, uel quia est notum in se, uel quia sumitur tanquam notum à scientia superiori, in qua fuit probatum, sed non de ratione principiorū in quantum sunt principia substantia, quod concedatur esse in scientia, immo possunt esse quæ sita ubi latent. R. est solutio uere argumenta in oppositum adducta. Ad primum, quod erat Antō. And. dico, quod illa maior ratio nō est uera, quod omnis scientia utitur, uel uti potest demonstratione, quia non in scientia Mathematicis semper procedimus à prioribus, & notioribus natura, & nobis, ut dicit Comē. in. 1. Physic. com. 2. & in. 7. Meta. cō. 1. 2. Amplius non sufficit ad hoc quod aliquid demonstratur demonstratione signi, quod habeat effectum per quem possit demonstrari, sed requiritur, q illud quod demonstratur, sit occultum, & non per se notum, neq. sumptum tanquam notum, & quia substantia cuiuslibet scientia, aut uniuersalis, aut particularis, uel est notum, uel sumitur tanquam notum, ideo non potest demonstrari in scientia, in qua substantia, nam ad per se nota, uel ad illa quæ sumuntur pro notis non est demonstratio apud scientiam sic fumentem illa. Ad cōfirmationem respondetur, q illa non est offensio demonstrationis qua utitur Arist. in principio libri Elenchorum, sed est exemplaris manu ductio quæ non utitur in probando aliquid simpliciter occultum in scientia, sed facit aliquam innotitionem. unde ut supra dictū fuit differentia magna ualde est inter uiam doctrinæ, & inter disciplinæ maneriem. Vbi animaduerte q substantia scientiarum sunt in duplici, seu triplici differentia. quædam sunt adeo nota, q propter sui maximam claritatem, & euidēntiam despiciuntur à scientia, ut dicit Aristō. in. 1. Postter. tex. cō. 5. Alia uero non sunt adeo nota sicut ista, nec adeo ignota, quod demonstrari possunt, sicut sunt res naturaliter ignotæ, sed sunt medio modo, & talia indigent aliqua innotitione, aut suadela, sicut est uia exempli, aut uia syllogismi hypothetici per naturā, aut sicut est uia inductionis, & similia, dicit enim Themist. in. 2. Postter. cap. 1. 1. loquens de substantia scientiarum, quia tum ut sint, tum quod sint certum esse, & constitutum necesse est, nec alio modo cognobiliora euadunt, quā inductione, aut fide aliqua,

Prædicto pro...

Prædicto...

H

Obiectio.

I

Solutio.

Obiectio.

K

Contra ma...

Principia...

L

Dubium...

Solutio...

M

Aliter...

aut